Alexander IV, Pope of Rome. Bullae Papae Alexander IV: Magistro et fratribus domus militie Leprosorum Sancti Lazari Jerosolimitane...... dated 22nd November 1257.

- In: C. Bouredel, J. de Loye, P. de Cenival, A. Coulon [eds.]. Les Registres d'Alexander IV. BÉFAR, Paris, series 2, 1902, vol.2:p.722-723

22.xi.1257 Vitebre, Italy	Pope Alexander IV	Papal Bull given in favour of the Order

2341 Viterbe, 22 novembre 1257.

Magistro et fratribus domus militiae Leprosorum S. Lazari Jerosolymitanae concedit, ut de usuris, rapinis et aliis male acquisitis, dummodo hii, quibus ipsorum restitutio fieri debeat, inveniri non possint, necnon de redemptionibus votorum, usque ad summam ducentarum marcarum argenti recipere valeant. (Reg. 25, a. III, c. 727^{a}, f. 98.)

« .. *magistro et fratribus domus militie Leprosorum Sancti Lazari Jerosolimitane*. Intenta misericordie studiis apostolice preminentia dignitatis sub continua vobis afflictione gementibus debet sic adesse propitia. quod miserabilis vestra conditio penarum suarum aliqua percipiat lenimenta. Hinc est quod nos vestris necessitatibus paterno compatientes affectu, ut de usuris, rapinis et aliis male acquisitis, dummodo hii, quibus ipsorum restitutio fieri debeat, omnino inveniri et sciri non possint, necnon de redemptionibus votorum auctoritate diocesanorum prius factis, Jerosolimitano dumtaxat excepto, usque ad summam ducentarum marcarum argenti recipere valeatis, auctoritate vobis presentium duximus concedendum, si pro similium receptione alias non sitis a nobis hujusmodi gratiam consecuti; ita quod si aliquid de ipsis ducentis marchis dimiseritis vel restitueritis aut dederitis illis, a quibus eas receperitis, hujusmodi dimissum vel restitutum seu datum nichil ad liberationem eorum possit nec quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti. Nulli [etc.] nostre concessionis etc. Datum ut supra. »

Vitebre, 22 novembre 1257

Magistro et fratibus domus militiate Leprosorum S. azari Jerosolymitanae concedi, ut de usuris, rapinis et aliis male acquisitis, dummodo hii, quibus ipsorum restitutio fieri debeat, inveniri non possint, necnon de redemptionibus votorum, usque ad summam dcentarum marearum rgenti recipere valeaut. (Reg. 25, a.III, c.727n, f.98

"... magistro et fratribus domus militie Leprosorum Sancti Lazari Jerosolimitane. Intenta misericordie studiis apostolice preminentia dignitatis sub continua vobis aasslictione gementibus debet sic adesse propitia, quod miserabilis vestra conditio penarum suarum aliqua percpiat lenimenta. Hice est quod nos vestris necessitatibus paterno compatientes affectu, ut de usuris, rapinis et aliis male acquisitis, dummoda hii, quibus ipsorum restitutio tieri debeat, omnin inveniri et seiri non possiut, necnon de redemptionibus votorum auctoritate diocesanorum prins factis, Jerosolimitano dumtaxat excepto, usque ad summam ducentarum marcarum argenti recipere valeatis, auctoritate vobis presentium duximus concedendum, sipro similium receptione alias non sitis a nobis hujusmodi gratiam consecutivita quod si aliquid de ipsis ducentis marchis dimiseritis vel restitneritis ant dederitisillis, a quibus eas receperitis, hujusmodi dimissum vel restitutum seu datum nichil ad liberationem eorum possit nec quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti. Nulli etc. nostre concessionis etc. Datum ut supra."